Faber, Aegidius: Speculum Exemplorum
Straßburg: Drucker des Iordanus <de Quedlinburgo>, 1. März 1490 Seite 479



# Distinctio nona

rigentes ⁊ sese arte ꝯstringētes. Fuitq̄ locus inuētōis hꝰ mūeris tā inopinatꝰ hūane ꝯiecturatōi. vt oīno defecꝰ ab aliis videret hoībꝫ. Hūc anulū virgo gratissime seruauit in posterū. ⁊ altissimo suo spōso deinceps vt antea in labore manuū suaꝝ viuere studuit q̄ꝫ antea letius. Addidit etiā ꝫ is quē diligebat vice tercia in q̄daꝫ visiōe nocturna se v̄gini pure ī loco q̄dā vt videbat mūdo in ea forma oñdere ⁊ ad amplexādū porrigere in q̄ solet ꝓ fideliū libris simpliciū depingi ꝑuulꝰ v̄gīs ⁊ mr̄is tractatꝰ manibꝫ tp̄e puericie. Uides igit̄ simplicē virginē a xp̄o ꝯsolatam in p̄n̄ti seculo.

XXVI

Quidā turpissime vite dn̄am nostrā nō desinebat freq̄ntissime collaudare. ⁊ q̄daꝫ vice cū ipse mlt̄ū famesceret ambulās per terre vastā solitudineꝫ apparuit ei dn̄a nr̄a cū speciosis puellis cibū afferēs q̄ꝫ pl'imū delicatū in scutellis turpibꝫ ⁊ imūdis ⁊ ait ei. Comede. Tūc rn̄dit ⁊ dixit. Cibꝫ bonꝰ est ⁊ pulcer. sed nō possum ip̄m ꝯmedere ꝓpter imundiciā scutellaꝝ. Tunc ait ei dn̄a nostra. Laudes q̄s mihi dicis bone sunt ⁊ pulcre. sed cor tuum immundū est. ⁊ ideo tuis laudibꝫ nō delector. Postmodū v̄o ꝑ penitentiā se mundauit.

XXVII

Legit̄ in scala celi q̄ fuit q̄dā mgr̄ parisius q̄ oī anno scolaribꝫ suis q̄ eū ꝯtinue audiebāt dabat floreꝫ lilij. Cūq̄ꝫ q̄reret̄ ab eo q̄re h̄ faciebat. rn̄dit. Quatuor in lilio reperio. Est em̄ ibi triplex color q̄ denotat triplicē honestatē cordis. corꝑis. ⁊ intētionis Est ibi odor q̄ q̄ꝫdiu nō tangit̄ redolet. ſꝫ si tāgat̄ fetet. Sūt ibi septē folia ⁊ septeꝫ ḡna Ut ḡ clerici ⁊ discipuli mei habeāt plenariā honestatē. fugiāt ꝯsortia mulieꝝ. ornēt se septē virtutibꝫ. ⁊ odiāt septē pctā mortalia. ideo do eis hunc florem scꝫ lilium.

XXVIII

Refert mgr̄ iacobꝫ de q̄dā religiosa que cū diu ꝯuasſꝫ v̄giītatē suā. p̄sumptuose dixit iactādo q̄ nollet similis esse magdalene Que ex hac p̄sumptione infra breue tp̄s a q̄dā gartione deflorata incidit in mala pessima ⁊ inaudita.

XXIX

Tres erāt moniales in vno claustro socie speciales. ⁊ ex illis erāt due v̄gīes. Hee autē singule studebāt se deuotas btē v̄gini exhibere. Mortua v̄o vna v̄gīe. ⁊ iā vidua in extremis agente. tercia soror sup̄stes rogabat viduā vt post mortē rediret. ⁊ de premio socie certificaret eandē. Q̄d ꝓmittēs si tn̄ foret de bn̄placito dei expirauit. Die aūt tricesima ista añ altare in orōībꝫ ꝓcumbēte apparuit socia vidua inestimabili splēdore fulgēs nimis ⁊ dicēs Ueni q̄r ad reditū obligasti me. Et ecce modicā ꝑteꝫ p̄mij mei. ſꝫ bn̄dicta dies in q̄ nata sum. Illa v̄o ꝯfortata et resumpto sp̄ū q̄siuit de statu ꝓ sororis defuncte. Cui illa dixit. Si totꝰ mundus esset ꝑgamenū ⁊ mare incaustuꝫ. ⁊ oīa folia ⁊ gramina scriptores cū oībꝫ hoībꝫ q̄ fuerūt ⁊ sunt ⁊ erūt futuri p̄mo oēs deficerēt q̄ꝫ imēsitatē p̄mij celestꝭ exp̄merēt. Sꝫ parūꝑ ait ad p̄n̄s dicā tibi. Soror nr̄a ī infinitis claritatibꝫ me p̄cellit. ⁊ merito. quia ipsa heri chorēā cū agno duxit candidā cū multitudine cādidaꝝ puellaꝝ cātans cāticū singl'are solis v̄ginibꝫ appropriatū. et gerens sertū de diuinis floribꝫ ꝯfectū. Rogaui aūt eā vt saltē ad horā mihi sertū ꝯcederet. q̄ ait. Nō expedit tibi. Tn̄ ab ipsis floribus dedit mihi q̄s attuli tibi socie mee carissime. vt aliq̄liter v̄tutē eoꝝ q̄ntuꝫ sensus capere poterit hūanus ꝑp̄edas. Facto ḡ ab ea circulari tactu in pauimēto cū floribꝫ tā miri odoris ꝓcessit fragrātia q̄ illa soror p̄ suauitate rapta fuit ī extasim Et sic vidua expleto ꝓmisso ad celū rediit. Oēs q̄ mōasteriū intrauerūt ꝑ multū tp̄s senserūt celestem odorem.

Confessio

XXX

Refert doctor iacobꝫ carthusiensis in libro suo de pctīs mentalibꝫ mortalibꝫ. Romanꝰ q̄dā pōtifex fini vite appropinq̄s cappellano suo auctoritatē apl'icam cōtulit se absoluēdi sub plenaria remissiōe vt fieri solet in anno iubileo. Finita ꝯfessiōe bn̄ficium absolutiōis obtinuit. obiit. Nō multo post apparuit eidē cappellano vultu mestissimo ⁊ veste lugubri. Req̄sitꝰ an ipse esſꝫ papa defūctꝰ Rn̄dit q̄ sic. Req̄rit cappellanꝰ q̄re tā tristꝭ apparuit. Rn̄dit. q̄m etn̄e morti adiudicatꝰ sum. Quare inq̄t cappellanꝰ cū tn̄ bn̄ficiū absolutiōis plenarie tibi ꝯfessione facta impēsum sit. Rn̄dit defunctus Q̄m sup̄mꝰ iudex absolutiōeꝫ illā rataꝫ nō habuit Quibꝫ dictis disparuit. Utiq̄ꝫ deꝰ credit̄ h̄ voluisse reuelari ꝓpt̄ nos vt si ī viridi ligno h̄ factū ꝯstat. i. in capite eccl'ie. in arido. i. in minori auctoritate q̄d fieret pēsaremus.

XXXI

h 2

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-114/0479
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG